

unde erat. e caelo an ex hominibus. Illi cogitabant intra se
dicentes. si dixerimus e caelo. dicet nobis. quare ergo non
credidistis illi. si autem dixerimus ex hominibus. timemus
turbam. omnes enim habent iohannem. sicut prophetam.
Et respondentes ihu dixerunt. nescimus. At illis & ipse. Nec
ego dico uobis. in qua potestate haec facio. **Q**uid autem uob
uidetur. homo quidam habebat duos filios. & accedens ad
primum dixit. fili. uade hodie operari in uinea mea. Ille
autem respondens ait. nolo. postea autem poenitentiam motus
abijt. Accedens autem ad alterum. dixit similiter. ille respon
dens ait. eodine. & non iuit. quis ex duobus fecit uoluntate
patris. Dicunt primus. Dicit illis ihu. Amen dico uobis. quia
publicani & meretrices. praecedunt uos in regno di. Venit
enim ad uos iohannes in uia iustitiae. & non credidistis ei.
publicani autem & meretrices. crediderunt ei. uos autem uiden
tes. nec poenitentiam habuistis postea. ut crederetis ei.

ALIA PARABOLA AUDETE

erat pater familias. qui plantauit uineam. & sepem circum
dedit ei. & fodit in ea torcular. & aedificauit turrem. & loca
uit eam agricolis. & peregre profectus est. Cum autem tem
pus fructuum appropinquasset. misit seruos suos ad agri
colas. ut acciperent fructus eius. & agricolae adpraehen
sis seruis eius. Alium caeciderunt. Alium occiderunt. Alii
uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures
prioribus. & fecerunt illis similiter. Nouissime autem
misit ad eos filium suum dicens. uerebuntur filium meum.
Agricolae autem uidentes filium. dixerunt intra se. hic
est heres. uentum occidamus eum. & habebimus heredita
tem eius. & adpraehensum eum. eiecerunt extra uineam.
& occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uineae.